

stantia sit ad quae haec diuisio fiat homouel terrenus ani-
male sit uel marinus uel caelestis sideris nomen. demonstrare
que per singula hominem terrenum esse substantia & ma-
rinum quoque & caelestem substantiae possit supponi
monstravit hominem esse substantiam. Nam in illis
argumentis quae per partitionem fiunt id est aut loqui-
tur aut tacet ita si loquitur non tacet. si non loquitur
tacet. sed loquitur igitur non tacet. sed tacet igitur non
loquitur. omnes dialectici loci ex quibus argumenta
trahuntur ad omnia quae in quaestionibus uenire
possunt in omnibus causis uel rebus explicitae essentia scuntur.

DO GRATIAS AGI OUIS.

DE MATHEMATICA.

Mathematica quam latine possumus dicere doctrinalem
scientiam est quae abstractam considerat quantitatem
abstracta enim quantitas dicitur quia intellectu a mate-
ria separantes uel ab aliis ut est par impar uel alia huius
modi quae in solariis & in aeternitate tractamus. haec ita diuiduntur.

DIUISIO MATHEMATICE

Arithmetica musica geometria astronomia